



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De  
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiæ, 1617**

Cap. VII. De amore Iesu super omnia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

corde. Homo considerat actus, Deus  
verò pensat intentiones. Benè semper  
agere, & modicum de se tenere, humili-  
lis animæ indicium est. Nolle conso-  
lari ab aliqua creatura, magnæ purita-  
tis, & internæ fiduciæ, signum est.

*2. Cor. 10.* 4 Qui nullum extrinsecus pro se  
testimonium quærit, liquet quòd to-  
taliter se Deo commisit. Non enim,  
qui seipsum commendat, ille proba-  
tus est (ait B. Paulus) sed quem Deus  
commendat. Ambulare cum Deo in-  
tus, nec aliqua affectione teneri foris,  
status est interni hominis.

## CAP. VII.

*De amore Iesu super omnia.*

*Ps. 118. 1* **B**EATVS, qui intelligit, quid sit  
amare Iesum: & contemnere se-  
*Denuo. 6.* ipsum, propter Iesum. Oportet dile-  
*Mat. 22* ctum pro dilecto relinquere, quia Ie-  
sus vult solus super omnia amari. Di-  
lectio creaturæ fallax & instabilis: di-  
lectio Iesu, fidelis & perseverabilis.  
Qui adhæret creaturæ, cadet cum  
labili: qui amplectitur Iesum, firma-  
bitur in æuum. Illum dilige, & ami-  
cum

cum tibi retine: qui omnibus receden-  
tibus, te non relinquet, nec patietur in  
fine perire. Ab omnibus oportet te ali-  
quando separari, siue velis, siue nolis.

2 Teneas te apud Iesum, viuens ac  
moriens: & illius fidelitati te commit-  
te, qui omnibus deficientibus, solus  
potest te iuuare. Dilectus tuus talis est  
naturæ, ut alienum non velit admitte-  
re: sed solus vult cor tuum habere, &  
tamquam rex in proprio throno sede-  
re. Si scires te benè ab omni creatura  
euacuare, Iesus deberet libéter tecum  
habitare. Pænè totum perditum inue-  
nies, quidquid extra Iesum, in homi-  
nibus posueris. Non confidas, nec in-  
nitaris super calamum ventosum: quia  
omnis caro fœnum, & omnis gloria *Isai. 40.*  
eius, ut flos fœni cadet.

3 Citò decipieris, si ad externam ho-  
minum apparentiam, tantùm aspexe-  
ris. Si enim tuum in aliis quæris sola-  
tium & lucrum, senties sæpiùs detri-  
mentum. Si quæris in omnibus Ie-  
sum, inuenies vtique Iesum. Si autem  
quæris te ipsum, inuenies etiam teip-  
sum, sed ad tuam perniciem. Plus e-  
nim homo nociuor sibi, si Iesum non

D 4      quærit,

80 DE IMITATIONE  
quærit, quām totus mundus, & om-  
nes sui aduersarij.

CAP. VIII.

*De familiari amicitia I E S V.*

1 **Q**VANDO Iesus adest, totum bonum est, nec quidquam difficile videtur. Quando verò Iesus non adest, totum durum est. Quando Iesus intus non loquitur, consolatio vilis est. Si autem Iesus, vnum tantum verbum loquitur, magna consolatio sentitur. Nonne Maria Magdalena, statim surrexit de loco, in quo fleuit, quando Martha illi dixit: Magister adest, & vocat te? Felix hora, quando Iesus vocat de lachrymis ad gaudium spiritus. Quām aridus & durus es sine Iesu. Quām insipiens & vanus, si cu-  
*Mat. 16* pis aliquid extra Iesum. Nonne hoc est maius damnum, quām si totum perderes mundum?

2 Quid potest tibi mundus conferre, sine Iesu? Esse sine Iesu, grauis est infernus: & esse cum Iesu, dulcis pa-  
*Rom. 8.* radisus. Si fuerit tecum Iesus, nullus  
*Mat. 13* poterit nocere inimicus. Qui inuenit Iesum,